Rdo & numerus in superioribus praetratus. p' maiori parte ex dictis Aristotelis: nunc in principis libro rum suoz: nunc in finibus: nunc in medijs dispositus collectus fuit locis inquit posterioribus: ex gbus partiū dictaz: aut librorū suoz sumi potuit cōueniens partio. de alijs locis siue locoz. dictis particularibus magis: nulla ad p'fens sit cura. Dico igit q; i principio & i fine libroz quorū solis Aristoteles utit modis. p'cipi um & finem nō solū initiū aut libri calcē intelligimus: sed ea quoz q; inter media. itē intermedia. quoz partē illā appellans primā in qua noua incipit materia. sine quoz appellans ubi aliqua definit materia. Nā in principis ac finibus aut solū dicenda p'ponit: aut solū dicta colligit: aut colligit dicta & p'ponit dicenda: aut neutrum facit: sed materiā intentā solū p'legit. At si i principio solū p'legitur: tūc in anterioribus uero de tribus locis ille disponit modis. Nā anteriorz locus uel nihil proponit nihilq; colligit. & hoc in tribus reperio locis. i. in principio de celo & mundo in cuius principio materiā p'legit & in fine anterioris. s. de physica auditio: nec p'ponit nec col ligit. similit̄ i quarto historiarum circa media exequit de somno. & i anterioribus nec colligit nec proponit aliqd. In octauo quoq; de historiis loquēs de reuenerentia mox p'sequit i principio illius materiā siue tractatōis illius in anterioribus uero neq; tractata colligit neq; reuenerentia proponit. Vel finis anteriorum so lum colligit. Et hoc in duobus reperitur locis. scilicet finē quarti de historiis. ubi mox de mare & scēna profē quit. & in anteriorz. sine colligit de sensu & somno. similit̄ in octauo de historiis de lagore mox p'sequitur anterioribus uero solū colligit uel finis anteriorum colligit. & p'ponit. & hoc in libro de morte reperitur in cuius principio mox materiā p'legit in anterioribus uero. i. in libro de longitudine ac breuitate uitae & libro de iu uentute & senectute: ambo cum qui de morte procedunt. proponit dicēda de uitā & morte & colligit prius di sp'utata. Vel in anterioribus solum p'ponit. i. in libro de inspiratōe. in cuius principio mox materiā suam pro sequit. in anterioribus uero uidelicet in principio de iuuentute & senectute solū proponit. principia igit solū p'legentia materiā anterioribus collata quadrupliciter variat. & hanc i septē reperit locis: sicut mox decla ratū est. Si uero principia solū p'ponunt tunc anterioribus cōparata quadrupliciter quoz variant. uno quippe modo. cum in anterioribus nec colligit nec p'ponit. Aliero quādo solum colligit. Tertio cum colligit & prop nit. Quarto uero q; i anterioribus solū p'ponit. De priō mo p'cipiū de physico auditu cōputādū ē i quo. app nō tractāda in anterioribus uero cū anteriora nulla sint nihil fit. In p'cipio quoq; de p'gressu aialū solū p'ponit. In anterioribus uero. i. si fine de p'ba uel sit. dato q; totus epilogus loci illius iup'aditus fuerit. uno. n. de tribo mo dis epilogus ille uicarius potuit. De scdo ē p'cipiū de aialū p'gressu. in quo dicēda solū p'ponunt. in anterioribus uero. i. in fine de partibus solū modo colligit. dato q; ea sola pars qua in fine de partibus dicenda p'ponuntur ad dita fuerit. De tertio septē reperio loca primus est p'cipiū septimi d' historiis: ubi solū dicenda p'ponit. s. de ge neratōe hoīs. & in anterioribus uidelicet in sexto postū tractata colligit. & de terrestrib; ac hoīs genera tione se tractaturū p'ponit. Secundus est principium de generatione & corruptiōe. ubi dicenda solum p'ponit in anterioribus uero. i. in principio tertii de celo & mundo dicta colligit. & agēdū de generatione & corruptiōe n. p'ponit. Tertius est p'cipiū de p'gressu uel solū tractanda p'ponit. in anterioribus uero. i. in fine de partibus dicta colligit & dicēda de p'gressu p'ponit: postq; p'ps secunda q; p'ponit fuerit uiciata: de hac dictioz p'gressu. i. i generatione mutata. q; inter tres p'fatos uiciandi modos magis fuisse credimus. Quartus ē liber de aia in cuius principio p'ponit dicēda de aia. in anterioribus uero. i. in fine de p'gressu dicta colligit & dicēda de anima p' posuit. Quintus est in eo qui de memoria. in cuius principio solū p'ponit. in anterioribus uero. i. in fine de sen su & sensibili colligit & p'ponit se de memoria disputaturū. Sextus est liber de somno in cuius initio de somno se tractaturū p'ponit. & in anterioribus. i. in fine eius qui de sensu & sensibili colligit dicta & se de somno tracta turū proponit. Septimus ē quoniam in initio eius qui de iuuentute & senectute solū p'ponit in anterioribus uero salicet in fine de causā longitudinis ac breuitatis uitae colligit & p'ponit. Hii tunc igitur modi septē quibus in principio solum p'ponit. & in anterioribus colligit & p'ponit. Quare si in principio solum p'ponit cum antero ribus tripliciter comparet. Hoc in decem reperiet locis. i. primo modo duo. i. secundo unum. i. tertio uero septē attamen cum in hoc tertio idem positus sit ille. i. quo principium de aialium p'gressu anterioribus comparar: & hoc secūdi triplicem deprauationis modum possibilē: quo triplici deprauationis modo possibili q; in ueritate unum solum fuerit uitium quodēq; de illis trib; fuerit: quibus tertium magis credamus: ideo de illis tribus duo subtrahi debēt. & sic octo tantūm supererunt. Si autem i principio tantū colligit unus solus de hoc reperiet modus. & in uno loco. ille. q; in anterioribus nihil reperiat. & hoc i principio octauū de historiis reperi tur. ubi de substantia ac generatione aialium colligit. i. anterioribus autem nihil fit. Si uero i principio colligit & p'ponit tunc anteriora dupli inueniuntur modo. uno cum in anterioribus nec colligit nec proponit. Alio cum i anterioribus solum colligit. De primo quatuor reperimus loca. primus est quoniam i principio libri me theororum colligit & p'ponit. i. anterioribus uero nihil tale fit. Secundus in principio quisi de historiis ubi col ligit & p'ponit. & in anterioribus nihil. Tertius i secundo de partibus ubi dicta colligit & dicenda proponit. in fine uero historiarum nihil facit. cōferendo tamen principium hoc. i. secūdi de partibus fini libri metheor

rū: eo mō quo cās ea q; de causis cōsequit sic anterioribus aliqd. p'pōit & sic eēt unus alius modus i nullo alio loco repts. & q; i principio proponit & colligit & i anterioribus solū p'ponit. Quartus i principio d' sensu & sensibili ubi colligit & p'ponit & i anterioribus nihil fit. De scdo duo reperio loca prius i principio et q; de motu: ubi dca colligit & dicēda p'pōit. i. sine uero alioz. i. libri de sono solum colligit. Scdus i principio de cā logitradis ac breuitatis uitae tractata colligit & agēda p'ponit. i. sine uero anteriorz. s. de generatōe aialū solum colligit Tertius autē modus: uidelicet q; i principio colligit & p'ponant eadē p'ntē q; in fine anteriorū collecta ac proposita fuerat cum ingeniosus non fit uerū potius negatorius: uero non usus est Aristoteles in suis epilogis: tanq; Aristoteli ige niosissimo ac i mō scribendi eruditissimo indecēs. loca igit p'dicta numero uiginti duo sunt septē uidelicet cū in principis materiā solum p'sequitur absq; hoc q; colligit aut p'ponat. octo uero cū in principis solū p'ponit. in q; bus aut in principio tantū colligit. unus. s. ex uero cū i principis p'ponit & colligit. si tamē principium secūdi de p'bus est fini metheoroz cōparat ut diximus sic erunt septē & in uniuersum uiginti tria loca & mo di decem aut undecim. s. tres cum in principio solummodo p'sequat materiā. quatuor si in principis tantum p'ponit. unus modus cū in principio solummodo colligit. Duo modi cū in principio colligit & proponit. Imo tres si secūdi liber de partibus cōparet fini quarti libri metheororum. quādemodū ē libro de historiis cōparatur. Et hanc satis sint de modis decē uel undecim epilogandis quibus Aristoteles in locis uiginti duobus aut uiginti tribus uisus est ex quibus partium ac librorū physica doctrinā Aristotelis partio ac numerus collectus ē quos qdem hic ponē uoluit: ut scitis iis modis: quib; facit illi col ligi cognoscat modū illi quo i principis eadē p'raēcie colligunt & proponunt quae in anterioribus collecta & proposita fuerant. qui positus est i fine libri de partibus animalium non fuisse Aristoteles modum sed uiciatum fuisse. sicut in mox tractandis demonstratur sumus. Caeterum anteq; hinc primo uolumini calcē iponā circa p'fatum librorum Aristotelis numerum nōnū lae ambiguitates dissoluēde sunt.

Quod Aristoteles nullum de alimento proprium fecerit librum.

Irea ea igit quae de librorū numero definita sunt. Primo qdē dubitat an Aristoteles de alimento librum cōsiderit uelut nōnulli latini sensere p'hi. i. quoz fidē eūdem Aristoteles uerba deduci p'nt. Nam secūdo de aialū p'ribus libro cum de uenis loquitur sic scripsit. (Verū cibi excrementa q; nā aialibus iuncta sunt: & q; ob causā aptus in cōsideranda discernendaz alimentū rōne explicet.) In secundo quoq; de aia libro dixit (Figuraliter quēdam igit qd sic suple alimentū (Dictū est. cōferendū aut posterius de ipō i propriis fermōib;)) Ad hoc dictum Aristotelē de alimentō nōllū p'claratē de eo solo edidisse libū: sed de eo sparitum in plurimis scripsisse locis. In libro enim de generatōe & corruptiōe pur ē comodū fuerat de alimentō breuibus egit. ipsum uidelicet docendo esse nutritibili cōtariū. & eius substantiā cū quāritate augmētū phibente in eodē esse. in libro quoq; de aia plura locorum opportunitate de nutritio p'raetratū ipsum duplex esse dicens. alterum uidēti cet nutritibili cōtariū alterū simile. quo fit ut inuitē utraq; pariat & agat. dicēs quoz eadē hoc. s. iha nutriti il lo uero. i. magnitudine quāritatem augere. hanc igit & plura alia sunt q; de alimentō i libro de generatōe & cor ruptiōe & libro de aia scripsit Ari. plura aut iis de alimentō i libro de aialium generatione se p'raetraturū poli cet: q; promissa post hanc i p'fato libro p'p'us p'oluntū sermonibus i. ut cuiq; notū fiat nō in uno solo codice sed i pluribus de alimentō docuisse Ari. p'missa aut ab eo sunt hanc. Nam i tertio de aialū partib; libro cū de uenis loquitur. tale nobis pollicetur est. (Sed quoniam mō & ex quo aialia. nutritiā et quo modo et uentre capiant alime tum cū de generatōe agit ap'us & expectari & explicari p'nt.) Ex quibus de alimentō tria se p'raetraturū pollicetur. Vnū qd sit alimentū ex quo oia aluntur aialia. Alterū quoniam mō aliunde trahat. Tertium quo pacto in nutriti substantia cōuertat. Quarto est de p'ribus libro cū de ea q; lactes dicit ageret post aliq; dixit. (Quādemodū autē capiat alimentū & quo nā pacto p' uenas ex alimentō igesto libeat eas pres qd i uenis digerit. explicabit cū d' genera tione alimentoz animalium agemus.) Hanc de p'missa. quae p'missa cū pluribus aialis. p'misso libro per soluta sunt. hanc aut sunt. Alimentū necessitas eiusdē substantia. locus unde sumant uie p' quas trahit & diffundit. i. Nutri tōis modus ad plantarū similitudine. Cōuerio p' resaturōne in nutriti libam. secūdi nobilitatē & ignobilita tē metaboz: alimētū diuersitas mēbris distribūda diuersis. Nā secūdo de aialū generatōe. id qd priō tractaturū fuerat sic docuit. (Sed cū potēria qdē aial fit sed imperfectū aliunde accipiat alimentū necesse est.) Quid aut eialt eialt alimentū partū ante docuit cū dixit. (Alimentū aut uelut aialis sanguis est.) Vnde aut alimentū illud ad eialt iue ro trahat sic docet. (Quābre uero & parētē ut terra planta ut ad cūb; hauriendū donec perficiat.) Quo mō aut & q; bus uis alimentō fetui i uero cōsistenti aditū natura subministrauerit docuit sic dicens. (Quo circa ex corde priō uenas illas duas natura descripsit. de quibus uenib; depēdēt i uerū ex quib; q; umbilicus uocat cō stat.) Et parū post bene aut quali radices cōtingunt uterū p' q; alimentū haurit. fetus eius n. gratia i uero ma stat.) De parū cōstitruente sanguine qd alimentū post hoc efficit. s. subdit. (Sed p'tinus ut in plantarū semibus uest aliq; tale primum qd lacteū uocat: iue in aialū materia: excrementū constitutūsi alimentū eialt.) Post hanc ad nu tritionis modum qui & in uero & extra uerum fit ē cōuertens: per comparationem ad plantas fit scripsit. (In crementum igitur fetuū p' umbilicū contingit eodē quo plantis modo p' radices atq; ē aialibus ipis ubi abso luta iam sunt ex eo qd continentur alimento idē accedit.) Caeterum post hanc quo nam modo membra resū d' tione quadam alimentū & in membra naturam conuertit nutritiā: ostendit Ari. dicens. (Per uenas igit & me a tulos quozq; alimentum resūdans quādemodū aq; p' tardiusculū funē in carnem aut carnis proportionale conuertit frigore consistens & c.) Ibi. n. modum quo diuersa resūdante alimento nutritiā membra diuerso quippe mō nūc frigore nūc alio mō scdm metaboz cōplexiōes accutissime docet. nobile. f. alimentū nobilissimū ignobile. ignobilissimū mēbris mediocrib; mediocre more p'fissimā natura distribuet. q; nobilitiores cibos silis ignobi lissimos scruis bruta tractantibus medios uero medijs. Sic enim natura parens suos distribuit cibos: de quo lecti

bitur. Cæterū partium unaquaq; ex alimento gignit nobilissima quoq; et potissimi principii particeps ex coa-
 cōdo sincerissimo primoque alimento reliquæ necessariae & illarū gratia istituendæ ex deteriorē & reliq; extremē
 tiqua tradidisse. neq; unū ad hoc solū cōfēctū librū. de eo. n. & in libro de generatiōe & corruptione & i libro
 de aia & i libro de aialū generatione plura scripsit. Tamēti iter hos oēs illi de almēto ppriū sunt fermōes
 q in libro de aialū generatiōe traditi sunt. Sed qd qd fit negociū de almēto pluribus est cōe libris. & nō unū pro
 priū. Et hoc sentit Aristoteles in secūdo de aia libro cū dixit. (Certificadū autē posterius de iplo i propriis sermo-
 nibus.) In plurali. n. (fermonibus dixit & nō fermōe. q fermōes sunt q in libro de generatiōe & corruptione & li-
 bro de aia facti sunt. & libro de aialū generatiōe magis proprie stendi sunt. Ad hoc autē sident est lohānis philo-
 pōmi dicti grāmatici sup p̄saro Aristoteles sermone comēratio. qui colligens ea qd de alimento i libro de aia tra-
 dita sunt ad memoriā deduxit. ea q in libro de aialū generatione docuerat Aristoteles dicens. (Dixit enī aliquo-
 mō de nutrimento & in his q de generatiōe & tandē uerū Aristō. posterius) declaras dixit. (Dicit autē posterius &
 i negociō de generatiōe aialum ad qd prolongauit.) p̄ quæ uerba hic expositor putauit Aristotelē nō ad unū
 de alimento se remississe. sed ad plures i diuersis libris sermones. i librū de generatiōe & corruptione de aia : sed
 inter cætera ad ipsius alimentū pprios sermones i libro de aialum generatione traditos. Huic et sententiæ uerba
 auroyōs i loco hoc idē uoluerit. Air. n. (Et dixit hoc qā sermo de nutrimento & augmēto nō p̄fici nisi in plu-
 ribus libris) quos libris ipsemet dixit esse librū de generatiōe & corruptiōe librū methēorolog. librū de aia: librū
 d aialū generatiōe. At quis d almēto i plurib; traditū sit libris uti diximus: ipso tū magis ppriū fermōes illi sūt. q
 i librū d aialū generatiōe scripti sūt. fermōes. n. d p̄mate huic libro sūt ppriū cū sp̄ma generatiōis sit p̄cipiū sp̄ma
 at ē aliqd nutrimentū cūit eius ultimū excrementū utile. fermōes igit de almēto huic libro sūt ppriū: & hāc rōnē
 p̄fatus ioānes i suis iuris dictis. Air. et tertio de p̄rio aialū: fermōes q d almēto i libro de aialū generatiōe sūt
 ip̄i almēto magis pprius esse censuit. cū dixit. (Sed quo nā modo & ex quo aialia nutriant & ex uentre capiūt
 alimentum: cō de generatiōe agitatur ap̄tus & expectari & explicari p̄r.) Si de nutrimento i libro de aialum ge-
 neratiōe ap̄tus q in aliis expectari debet: si in eodē et ap̄tus tū huius explicatio quis est q nō cōfēctā fermōes
 in libro de aialum generatione de almēto factos cæteris ip̄i almēto ppriores effemaculauit. Quædamōdū autē
 solo edidisse librū. Ad hæc quarto de aialum partibus libro hoc idem ius approbat uerbis. (P̄sedmodū autē
 capiunt alimentū & quo nā pacto p uenas ex alimento igitur subeat eas p̄tes qd in uenis digerēt: explicabit cū de
 generatiōe alimentōy aialum agemus.) It. n. librū hanc non solū de aialum generatiōe sed de alimento quoq;
 cū nūcupauit Ari. Ad hæc illud cæteris efficacius demonstrat qd i cale q̄ri de generatiōe libri ep̄logo sic scri-
 bit. (Sed de alimento extrinsecus ministrando aialum atq; de generatiōe i luce & s̄corū de singulis & sumati
 dictū iam est.) hoc. n. ep̄logo clare dignificat fermōes i hoc libro p̄tractatos: nō de sola aialū generatiōe:
 sed & de alimento proprie nūcupari debere. quo fit ut liber hic nō de generatiōe sola aialum sed et de almē-
 to quodāms dicit possit. Quod igit Aristō. nō unū de alimento solo librū edidit sed plures cōdidit libros i
 qbus de alimento sunt fermōes: licet illi qui in libro de aialum generatiōe traditi sunt cæteris de alimento fa-
 ctis ppriores dici debeant: Neq; p hoc numerus librōrū definitus noxā suscipiat: ex ius satis manifestū puto.

Quod librorū numerus Ari. de naturalibus adiogene positus cū nostro cōcordat numero. Caput. XXII.
 Ltera tribuitur circa p̄fatu i broy numerū ex diogenis laetū uerbis insurgit. Mic. n. i Aristō. uita de na-
 turalib; triginta octo p̄ elementa dicit scripsisse uolumina ultra ea nouē q nō sub elemētis de aialib; scrip-
 sisse refert. Cōposuisse quoq; dicit nō sub elemētis anatomiarū octo de anatomiarū electiōe unū. de aia
 unū qmū aia duo. de cōpositis aialibus unū. de fabulosis aialibus unū. de generatiōis phibitiōe unū. quæ oia
 de naturalib; p̄tractata nostri definitū. xlix. excedūt numerum. Ad hæc de aialibus nouē igitur diogenes Aristō.
 scripsisse uolumina. nos aut. xxxi. sub quatuordecim libris cōtenta posuimus uolumina. P̄ninus autē ferme quā
 quaginta quædamōdū inferius distinctiōis demōstrabit. Ad hoc. solutiōne dicimus cum superiorib; q naturale
 negocium duplici doceat. uia. una qā talia sunt. q i aialibus libro historiariū illustrata fuit. Altera pp qd cās uidelicet
 naturalū reddendo. Amplius dicimus q aialū negociū tribus doceat unū est s̄ba cū operationibus propriis
 Alterum generatiōe rerū uita cū libri cognatis. Ea autē q de naturalib; p̄ causas docent. sunt ea q p̄ elementa &
 elementoy ordinē ab Aristotele scripta sunt. sub quo ordie librū historiariū secundū diogenem minime posuit.
 Sunt igitur secūdū diogenē sub elemētis de naturalib; libri numero. xxxviii. quos si nouē historiariū addantur
 erunt nūero. xliiii. qui numerus. a. nostri sapius distingo nūero duobus distat. Quæ distinctiōa minia hoc cou-
 cordabit nō quoniam diogenes forte librum de morbo & sanitate cū nō uiderit nō cōputauit. librū quoq; de me-
 moria ab eo q de sentū. & eū q de spiratiōe librū fortassis ab eo q de morte nō iegerat. uti nōnulli alii quoq;
 celeberrimi fecere uiri. de qbus tribus aut aliis huius si duo uera fuerit nostri definitus cū suo facillime cōcor-
 dabit numero. Cætera aut uolumina uidelicet. anatomiarū octo. & electiōe anatomiarū unū explanatiōe ad li-
 bros historiariū reducunt. potissime autē q de p̄rio & generatiōe agit. Liber at de aia & aia qnes ad li-
 brū reducunt librū q de aia sub elemētis traditus est quæ tripartitū esse dicimus. Liber at de aialibus cōpositis & ille q
 de fabulosis aialibus ad eos q de p̄rio aialū & generatiōe & libro historiariū similiter debent debet. Sed ille qui
 de generatiōis phibitiōe ad illi q de aialū generatiōe d̄f. quæ puto illū esse quæ nōnulli decimū putarūt esse hi-
 storiariū librū quæ theodorus gazza fragmēta nūcupauit. it. n. pluria generatiōis phibēntia p̄tractant. it igit li-
 bri quodecim quis de naturalib; tractet nō tamē lib ordie elemētōy cōputati sunt. nec lib historiariū lege. q̄
 ueluti appendices p̄fatis libris sub elemētis cōtētis & libro historiariū dicit debent. & si p̄fatis addant libris pro
 certo numerū nostro definitū. xlix. maiorē faciēt nō tamē cōtra nostrum sensum q libros eos solos itelligimus
 q naturalū historias & libros cās reddentes sub ordine elemētōy cōscripti sunt. Sive igit. xxxviii. sub elemē-

tis secundū diogenē sive. xlix. uti nos posuimus. Sive plures ius ponant libri nihil interest. nec inter hæc ulla est
 cōtradictio. quoniam hæc diuersa sub diuersis uerificantur sensibus.

Quod numerus librorū Ari. de animalī negotio a diogene & numerus a Plinio positus cum superiori nostro concordat numero. Caput. XXIII

Nisurēxit et altera dubitatio ex iis q dicta sunt. Nā nos cū uolumina de aialibus & libris enumerarem
 diximus eoy uolumina numero esse triginta unū. sub quordecim cōtenta libris. Diogenes autē hic dicit
 nouē de aialibus Ari. scripsisse Plinius autē i naturaliū historia cū de leone loquit̄ ferme quoginta An. Ale-
 xandro asseruit dedisse uolumina. dixit. n. (Alexandro magno rege inflammato cupidine aialium naturas nolēdit
 delegatū hæc comētiōne ari. sumo i omni doctrina uitaliquot milia homiū i totius aiaē græcię tractū
 parere iusta oīum. quos uenatus aucupia piscatūq; alebat qbusq; uitaria armenta alueria piscine uitaria i cura
 erantē qd ulq; genitū ignorare ab eo: quos p̄dicando quoginta ferme uolumina illa p̄clara de aialibus cōdi-
 dit) Ad hæc rēpōdēdo i primis dicimus q nihil ē qd negociū aut methodus aut liber de aialibus dici debeat
 nisi id scibile totū de aialibus doceat. uidelicet s̄bam cū operatiōibus ppriis. generatiōe & uitā. Et hac de cau-
 sa oēs p̄fati decē libri. triginta & unū cōtinetes uolumina: de aialibus negociū & methodus dici p̄t : quoniam
 & p̄ historias & p̄ causas totū de aialibus scibile docēt. illa et uiginti duo uolumina i tredecim cōtenta libris cau-
 sis aialū iquirentia cū totū de aialibus p̄ cās scibile doceat: negotiū de aialibus dici p̄t. Cæterū nullus est liber
 q de aialibus liber dici ualeat nisi ille q de aialū historiis d̄f ip̄i. n. scibile totū. s̄bam generatiōe & uitam quo
 quo mō docet. Cæteri autē singuli libri nō totū de aialibus scibile sed aliqd de ip̄is docēt aialibus. Vires igitur
 erit diogenis sermo quo d̄f Ari. de aialibus nouē cōdidisse. sunt. n. ea nouē q i historiis aialū cōtinet q de aial
 bus pprie d̄f liber. uerus est sermo noster cū diximus Ari. xxxi. de aialibus fecisse uolumina i. xliiii. cōtēta libris
 it. n. oēs librū totū de aialibus cōtinet negociū. de hoc tamē nouē (de aialibus) distincte magis i inferioribus tra-
 ctabit. Id at q Plinius dixit sermone pbabili sic uerificari p̄t. sunt. n. uolumina ferme quaginta de aialibus
 ab arist. edita si p̄fatis libris suos cōplices & ap̄edices adiūxerit. nūero supius quōdē enūeratū sit. octo uideli-
 cet anatomiarū. unū de anatomiarū electiōe uel explanatiōe. unū de aia. de aia qmū duo. de cōpositis
 aialibus unū de fabulosis aialibus unū de phibitiōe generatiōis unū. q oēs. xlv. uel. xlvii. iuxta nōnulla explāna
 græca d̄ gbus diogenes de anatomibus nouē dicit scripsisse uolumina reddūt numerū. ferme quogessimū atq;
 genitū ut ipse quoq; Plinius dixit. Quod igit nulla sit iter diogenē pliniū & nostrā inanimē d̄fca circa numerū li-
 broy physice doctrinæ Ari. ex iis satis manifestū ē. et quoniam octo uel nouē de anatomibus uolumina ab aristō.
 esse composita diximus: ut hūc ueritatē habeat ratiōnis aliquantulum disputandum est.

Quod aristoteles de anatomibus uolumina cōdidit. Caput. XXIII.

Alenus. n. libro d̄ matricis anatomia asserere ut Ari. de anatomia iter cæteros egregie scripsisse loquos
 enī de uisq; mulierū sp̄maticoy iplatiōe dixit. (Hæc at iplatiōis iter Ari. neq; erophilus neq; eudō-
 mus nouit memini autem itoy non solum quia soli non nouerat sed tanq; optimorum anatomiza-
 torum) ipse et Ari. pluribus locis de de anatomibus scripsisse nā tertio de p̄rio li. ait. (Sed q diuētius nosse uelit
 quædamōdū uene iter fe hēant & ex anatomibus cōtēplari oportet & ex aialū historia. rheodo. uero gazza dixit
 (speclare id tū p̄ distinctiōe tū et p̄ comētiōne hoc ē historiā aialū debēt.) Eodē et li. ar. (quonā mō hæc ita
 fe habeat tū fitu tū et specie ex historia distinctiōe aialū perēdū ē.) Tracet at iplari ex anatomibus
 p̄rio et de aialū generatiōe. de utero loquēs dixit. (quomō se hēant oportet & ex anatomibus & ex historiis cōtē-
 plari.) Hoc et scdo de generatiōe aialū dicit. (patet hoc ex historiis & distinctiōibus aialum.) Nō parū post et sic
 scribit. (Oportet aut hæc cōtēplari & exemplis eorum q i anatomibus & eoy quæ in historiis & comēntariis.)
 per hæc enim uerba de de anatomia scripsisse innuere uiderit. Tam & si per eadem uerba maxime ex uerbis
 theodori aliquis forte capere posset non libros de anatomibus. sed incisionum opus manuale intellexisse ueror
 tamen est prior itia. potissime cum a galeno comprobata sit. nisi forte libros historiariū qui & partes & gene-
 rationem narrat Ari. anatomibus itelligere uolueris. cū & p̄riū tū & formā & iuuamēta determinat. qd p̄fecto
 difficile est recte p̄fecto iudicare hoc tamē te scire uolumus q illud q diogenes iterpres scripsit anatomoy apud
 matre græca cōtinetur anathomō refip. q quod generatiōis pluralis. & illius cōtra tuon anathomon. & illius nos
 cōtra tuon anathomē est p̄t. sed si ill. uis notia tū anathomō p̄fecto generatiōis. nisi penitus ad rē significauit. ana-
 thomū. n. diuisiū uis s̄terū significat. nisi forte diximus p̄ illud anathomō aialia itēta ut opes itellexisse ita ut
 de illis octo uel nouē cōposuēre uolumina. Sed hoc minie ē. eo q talia aialia apud græcos peculiare non hūt. di-
 cūt. n. n. touc. enthomā. nō at enthomā. est igit illius nos anathomū dicitus. quā nos latini uocabulo græco
 anathomā uocamus. melior igit fuisse iterp̄tatio nisi anatomiarū genitū fuisse. ut dixi quādo cū itēta ut apes
 græci uolūt exprimeē aialianō anathomā fed pprio eoy. noie enthomā dixerūt. Hæc igit anathomiarū liber li-
 bro historiariū anexus ut. potissime cū ipsa anatomia eoy q i historiis docent maxie eoy i de p̄rio: itē exē-
 plū maxie cū utriq; simul librū & historias & anatomias. i suis ip̄ copulet dictis quoq; deide oīum causē
 & i libro de p̄rio & libro de generatiōe i gunt. Et hac de cā utri p̄ deduximus ipsemet Ari. i historiis & itel-
 ectiōibus patere dicit. anathomas. n. ip̄ cū historiis copulat. q̄t ar̄tū sint exēplū & ap̄edices. Et hæc satis de alimen-
 ti cōscriptiōibus & uera diogenis & plini cū nostro librorū definitū nūero cōcordia dixisse sufficiat. Quis igit
 sit p̄tiū ac librorū docet nūc physica Ari. numerus & ordo scdm ueritatē p̄fecto. iniam ex iis q in huius nri libri
 uolūe uolūe tractata sunt q̄q; sufficiēt itelligere poterit.

Volumē scdm & ē disputatō oīa nōnullis erratēs circa ordinem q̄rta & q̄nta p̄tis. Sectio p̄ria. Vnū habēs
 caput in quo contra eos qui dixerē plantarum negocium ordine doctrinæ precedere ad negocium de anima

ratione: mox ea destrueret respōdētia q̄ historiarū q̄ historiarū iis que de cāis agūt: manifeste cōgruūt nam inter partes & generationem in libro historiarū in negotio de animalibus: que de sensu de uoce de somno & uigilia interposita sunt. Quare in his q̄ de causis: post ipsas partes liber de animalū generatione nō recte copulabit. Præterea similitudo epilogi i principio quinti historiarū facti ubi primo de animalū generatione agere incipit per historiam & eius cōgruitas cū hoc epologo in fine de motu factio: nobis manifeste ostendit hęc sermonem qui est in fine de motu uerę esse ibidē. n. in quinti principio scriptū est (Expositio: ptes aialū oīum tū teriores tū exteriores atq̄ etiam de sensibus de uoce de homine: & quę fœminā mare: uel sentiam explicasse existimō. Restat ut eorūdem generationes psequamur) hinc: n. epilogus & eius locos cōformis est cū epologo p̄fato posito in fine de motu eorūdem. n. idē est proportio locus, ille. n. in fine est eius libri qui est de motu: quem de generatione ille colligit partes: & ea que de anima de sensu de memoria de somno & comuni motu. postremo de animalū generatione proponit: ut eadem omnia prædicta colligit que in fine de motu collecta fuerant. præter uerē moriam & animam: de quibus in historis nihil determinati tractatū est. Si autem in eo q̄ est in principio quinti colligit de mare & fœminā: hoc nō tollit epilogus. similitudinem. quoniam in historis ante historiam de generatione de iis determinatum fuerat. & iccirco ista colligere oportuit. in contemplatione uero caulārum non ante generationem de mare & fœminā. Sed simul cum generatione animalium. debita de causa ut ibidem aristoteles demonstrat: licuit contemplari. Hęc itaq̄ duorum epilogorum similitudo tam in his que epilogant. q̄ in ipsis locis epilogorum nobis ostendit q̄ epilogus ille siue sermo in fine de motu positus: illi alteri posito in principio quinti historiarū conformis: uerus sit. & q̄ locus ille scilicet finis libri de motu: ei sit libro propinquus qui de animalū generatione dicitur. Ad hęc expedita priori parte que est de animalū substantia ac substantiæ operationibus propinquus: merito tota illa pars prima in fine sui per epilogum colligi debuit. priusq̄ secūda pars pertractaretur. quemadmodum completa secūda pte mox in cōgressu tertie partis in principio octauū libri de historis primam prius & secundam colligit dicens (Generatio & reliqua animalium natura ita de hęc) Hoc q̄ntū ad primā & secūda ptes (secundum Aristotelem) p̄ motibus uictus differūt) Hoc q̄ntū ad terrā. Ex quo igit̄ i principio tertie collecta est scđa pars: rationabile fuit i fine primæ q̄ factū est in fine libri de motu aut i principio scđa q̄ factū est i principio q̄nti historiarū colligisse primā. & in fine primæ. posuisse de scđa q̄ fecit dicē: (Reliquū at ē de generatione dicere) p̄cipio at tertie nihil. postuē de tertie sed statim pro sequens ē. quoniam ipsa loca tertie p̄ superat postremo hoc idē ostidit quoniam in fine libri de animalū p̄gressū aut Quare d̄ igit̄ de ipsis cæteris p̄tib) hoc q̄ntū ad librū de p̄tib) & eorū q̄ circa p̄gressū aialū circa oīem scđm factū mutationē hęc habēt nodū) Hoc q̄ntū ad librū de p̄gressū. (iis determinatis cōsequēs ē determinare de aia), p̄ hoc itaq̄ patet q̄ post q̄ de p̄tib) seq̄ ille q̄ de p̄gressū. post que deinde seq̄ ille q̄ est de aia. nō ergo post illi qui de p̄tib) mox seq̄ ille q̄ de ḡtatione. ut sermo ille alter in fine de p̄tib) inuētus sentire uidet̄. Quod igit̄ sermo qui est in fine libri de motu animalū in cōsuetū epilogus ibidem positus sit uerus. Alter uero scilicet q̄ in fine libri de partibus reperitur falsus: sit ab aliquo scilicet quemcumq̄ uoluerit deprauatus: rex iis demonstrat. est. que autem sit falsitas uel deprauatio & deceptio: & que deceptio: cāx mox dicendis fite manifestū.

Quoniam fuerit deprauatio epilogi libri de partibus & que causa deprauatio: & de simili deceptione q̄būdā in libro de longitudine uitæ occurrente.

Caput. III.

Ristorēles in primis quatuor historiarum libris partes omnes animalium: marem etiam & fœminam a expediūt. Cæterum in libro de partibus qui quatuor illis congruit: neq̄ partes ad generationem neq̄ marem aut fœminam tractat. Sed hæc usq̄ ad librum qui est de generatione: certa de causa rationabili li distulit. ipse igit̄ iam de generatione tractaturus: cum multa post partium tractationem interposuisset scilicet librum de anima de sensu & sensibili de memoria de somno & eum librum qui de causa motus animalium in communi dicitur: memorandum partes ad generationem oportunas le pertractasset: neq̄ de mare & fœminā que duo in quatuor historiarum libris libro de partibus correspondentibus pertractata fuerant ut le storibus que restarent tractanda de partibus ostenderet: mox in principio libri de generatione ea que de partibus pertractata sunt ad memoriam reuocans summatim colligit dicens (Cum de cæteris animalium partibus tum summatim tum singulatim foris iam de propriis generis cuiusq̄ dictum sit) & post pauca (Restat ut de partibus que ad generationem pertinent dixerimus de quibus nihil adhuc definitum est) ac si diceret de cæteris animalium partibus rectum historiarum sequendo ordinem alias in libro de partibus pertractauimus. sed nō complete. quoniam nec partes ad generationem: nec marem nec fœminam determinauimus. nunc igit̄ ad illarum complementum uoluimus simul cum generatione ipsas tractare partes ad generationem oportunas. marem quoq̄ & fœminam. Si enim partes ad generationem prius in libro de partibus pertractasset: ea que de partibus ipsi pertractauerat hic minime collegisset. Causa ergo propter quam ea que de partibus in hoc collegit i principio: omnia ea fuit ut per hoc librum de generatione cum libro de partibus continuum indicaret. Sed ut ostenderet ea se nunc fore perfecturum in libris de generatione: que in libro de partibus prætermissa fuerant uidelicet scientia de p̄tib) ad generationē aialū oportunis. Quod nō satis itelligēs Apelicō theus discipline p̄feco amator: licet nō plurimum eruditus: uel q̄is alter fuerit q̄ uerā Ari. istam uitā uicū manifestū incidit errorē. hic. n. pluria ansto. ut iqt̄ Strabo deprauauit. Aristoteles. n. libros plures cōgregauit. primūq̄ bibliothecā ordinauit adeo ut ipse: pp̄ libros triginta argenti talentis emerit ut aulus gelius & diogenes laertius scrip̄ ita. a quo etiam egypti reges bibliothecæ ordinem didicere. hæc autem librorum copia cum suis Theophrasto eius discipulo cura scola reliquit hic autem dictam aristoteles bibliothecam cum suis: Neleo suo discipulo & condiscipulo ex seip̄i ciuitate nato post eius mortem testamento concessit: qui Neleus illic recessit: eam seip̄m

detulit posterisq̄ suis litterarum sane imperitis dedit. n. libros hoc inclusos ac negligēter positos tenebant. Sentiētes autem Athalos reges fu quibus erant: studium in conquirendis libris maximū habere ad bibliothecam intrinsecam que p̄gami erat: uel conilio pessimo eos fu libri terra in quadam fossa occulerūt. quos tandem illi qui ex eo genere erant Apeliconi theio magno uenditis precio tradidere. Aristoteles scilicet & Theophrastos: tines & humiditate labefactos: ille uolens corrosiones emendare eos transcribendos dedit. i. scriptura non recte suppleta libros edidit erroribus plenos. ut inquit Strabo. A Theophrasto igit̄ usq̄ ad illa tempora periphatetici cum penitus libris carerent: paucis dumtaxat exceptis: nihil habebāt in quo firmiter philosopharent. Cæterum posteriores postq̄ illi libri in lucem uenerē: Aristoteles inuitantes: longe melius q̄ illi priores philosophati sunt. Addido etiam ad errorum augmentum. q̄ cum Sulla Athenas cepere: cōtinuo mortuo Apeli conecam bibliothecam Remam detulit & futum gramaton quidam aristoteles amator & librari uendentes corrupto eo qui bibliothecæ præerat transcribere. & ut sit multa a scriptorū incuria potius: non conferendo exemplum exemplari: & sola lucra gratia transcribentium quam philosopharū amore multa deprauata sunt. Credendum est igit̄ illam dictionem (γενεσις) que sonat (progressus) tines aut humiditate labefacta uel nō labefactam in hanc dictionem (γενεσις) idē (generationum) ab aliquo prædictorum uel alio quem uoluerit imitatio imitatio fuisse. tantoq̄ magis in hunc incidit errorē quia eam principio de generatione cōformem esse cōpexit. in quo ea que de partibus colligit. quo factum est ut non solum illam uitauerit dictionem sed librorum loca mutauerit. illam uidelicet qui ē de generatione in locū eius qui ē de p̄gressū transferendo: corrigenda est igit̄ hoc nō ea littera qua dēbeatur in fine de p̄tib) (Sequitur ut degeneratio: p̄gressū dixerimus) ut re de dicat) Sequitur ut de p̄gressū ip̄sō dixerimus) in simili errore. Cedere nōnulli q̄ Aristotelem cernerent i principio libri de cā longitudinis ac breuitatis uitæ. ea collegisse que in libro de somno & uigilia tractata fuerant: credere librum hęc qui est de uitæ longitudine ac breuitate: tēi libro q̄ de somno dicit̄ & uigilia: comitē esse. ait. n. (De somno quidem igit̄ & uigilia dicit̄ prius de uitā aut morte dicendū postremo similit̄ ter autē & de langore & sanitate quantum ad hæc naturali phylosofæ nūc autē de cā eius quod est hæc quidem esse longe uitæ: hæc autē breuitas uitæ sicut dicit̄ est prius cōsiderandū) non. n. hic ea de causa collegit q̄ de somno & uigilia: ut hos ambos libros ostenderet uicinos: & cōgruos. quoniam uere p̄ multa media separati sunt. sed iōm nō uigilia: hic meminisse quia cum de coniugationibus tractaturus esset: de quibus in libro de sensu & sensibili se tractatū esse iam promiserat minime coniugationem que est somnus & uigilia expectarem. cū de ea suo loco. finter generationis aialū propinquas iam egisset. Esto igit̄ prudens cum Aristotelem alicubi uideris alicui colligere: & aliqua proponem: seu le tractasse aut tractatū pollicentem neq̄ ptes in hoc continuo semper illorum uelle ordinem. Sed tunc certissime continuo expectabis ordinem cū in principio aut fine librorum in partibus aialū iam expeditæ uel incipientis colligit aut proponit. potissime cum nulla alia specialis causa collectionis illius aut propositionis præter illorū ordinem assignari potuerit. Qualis causa specialis in collectione facta in principio de animalium generatione assignari potuit: iam prædicta est qualis etiā assignata est specialis cā eius collectionis que in principio de longitudine ac breuitate uitæ facta est qualis insuper in principio de motu aialū assignari potest præter ordinem. Colligit. n. ibidem dicta de particularibus motibus: non ut librum hunc uicinum putaret illis in quibus particulares motus pertractati sunt sed ut necessitatem ostendat illius traditionis que est de causa motus in communi aialium: cum alie determinationes de particularibus motibus & diuerso modo ab illa aliam requirant tractationem in quibus autē collectionibus aut propositionibus specialis cā præter ordinem percipi non potest: sed absoluta dictorū collectio & dicendō: propositio reperitur i iis certis partium aut librorū solus attenditur ordo talis scilicet ut ea que proponuntur sequi mox debeant ad ea que colliguntur. ut etiam in superioribus demonstratum est. Subtile ergo ingenium ac animi solertia hominē reddidit habilem ad hæc specialium caulārum inuentionem ad uerūq̄ librorum ordinem doctrinæ physice Aristoteles perceptionem. Quæ igit̄ fuerit deceptio & que deceptio: causa & erroris ex his manifestum est. Nunc de plurimis erroribus qui ex dicta deceptione in philosophorū scolis ortū habuerūt causa ordinē librorū physice doctrinæ Aristoteles p̄ posse disputabimus. Dato enim uo incuentibus plura sequi facile est.

Q̄ ad diuisio a q̄ bñdā de negotio aialū facta eisdē philosophorū & alios in sex deduxit errorēs. Caput. III. Iximus in Iupioribus duas esse difficultates circa naturalis doctrinæ Aristoteles ordinē. una de pre una d alteram partem collata de qua superius iā expeditum Altrera de p̄ticulis illius partis qua est de aialū bus inuicē collatis. q̄ pars de aialibus fuit quarta pars physice doctrinæ Aristoteles de qua secūda diuisi cuitate disputandū est prius suppositis & approbatis q̄būdā de duobus p̄fatis epilogis siue sermonibus plurimos circa hæc difficultate corrigendos errores. in primis tamen ip̄os ponemus errores dehinc contra unumquemq̄ singulariter disputabimus. Vidēs. n. plurimi philosophi ea q̄ in fine libri de p̄tib) aialū & ea q̄ i principio de longitudine ac breuitate uitæ scripta reperiunt nō habēt in manibus suis librorū q̄ de p̄gressū aialū cōterēt cū ip̄ismet dicat̄ cū nōq̄ uidisse nec aduerterēt ad plurimā ansto. & pytharcticorū de hoc ordine dicta: iserius p̄ nos deducēt uerba potius ipsius auicēne: i principio sui libri de aia obseruantes dixerūt totā de aialibus methodū i duas parti pres q̄: una ē de principio formalis aialū. s. de aia: cū opatiōibus ip̄am cōsequētib) s. sensu memoria: somno & uigilia & motu: priorē quoniam aia cōe est principii cōsuetudine aialibus imo et plātiscōia ut ta dicūt & sanitate. & hæc ptem postuē. priorē quoniam aia cōe est principii cōsuetudine aialibus imo et plātiscōia ut ta dicūt pcedere debēt Altera ps est de corpe sensitiuo: q̄d est mātis ps ipsius aialū. de qua pte dicit̄ ē librū de aialibus: ex tribus uo mō cōfectū. scilicet historis ex p̄tib) ex ḡtationē. Ex ḡbus uerbis fice colligunt errores. Primus error est q̄ scđm hos liber de historis de p̄tib) de ḡtationē i unū copulati sunt. Scđs q̄ illud totū ex his tribus cōfectū de pte mātis aialū dici debet. Tertius q̄ illud totū ex tribus cōfectūm liber de aialibus dicitur

